

2955 basis. Praeneste nella vigna di Filippo Torzoli BARB. 30, 92, alla strada di S. Rocco, addit ANON. — Praeneste in castello S. Petri GVD. 217, 2, errore inde nato, quod in exemplo quod Gudius ante oculos habuit una cum hac legebatur n. 2947.

L MANTENNIO
L · F · SEVERO
L · MANTENNII
SABINI TRIB ·
5 COH · III · PR · ET
FLAVIAE · T · F ·
PROCILLAE
F I L I O
T · FLAVIVS
10 GERMANVS
NEPOTI SVO

Anonymus Barberinianus f. 243' (inde male Suaresius Praen. p. 278; ex hoc repetivit verba Pennazza ms., licet dicat se vidisse; item ex Suaresio Mur. 779, 6; Vulpi Lat. 9 p. 193; Ceconi p. 157; Petrini p. 357 n. 6); manus ignota in cod. Barb. 30, 92 f. 29, a quo exemplo pendent tam Fabretti 133, 88 e schedis Barberinis quam Gudius ms. 217, 2; alia manus ignota apud Gudium ms. 1003, 2.

3 MANTENII, 5. 6 PR-ET | ET FLAVIE manus ignota ap. Gud. 1003. T. Flavius Germanus

videtur idem esse cui posita est n. 2922. L. Mantennius Sabinus, L. Mantennii Severi pater, postea ad praefecturam Aegypti pervenit, teste titulo Alexandrino (edito apud Borghesium opp. 8 p. 242) scripto primis Septimii Severi annis. Eius alter filius videtur fuisse L. Mantennius Sabinus magister sodalium Augustalium Claudialium a. p. Chr. 214 (supra n. 2391).

2957 basis. Praeneste in aede divi Rocchi BVD. Sub Praeneste in sacello quod est in via qua Albam itur SMET., similiter PIGH. LIG. (Vat. f. 20'). — Ferentini PANV. f. 82' errore.

C · VALERIO · L · F
QVIR · FLORINO
PRAEF · COH · II · THRAC
SYRIACAE
5 TRIB · MILIT · LEG · VII
CLAVD · PIAE
FIDELIS
PROCVLVS
FRATRI OPTIMO

Quattuor exempla extant, primum Budaei apud Metellum Vat. 6039 f. 352 et apud Pingonium f. 83'; alterum Ligorii cod. Viscont. f. 14, cod. Vat. 6034 f. 24 (inde Panvinius Vat. 6035 f. 85'); tertium id quod commune est Smetio ms. Neap. p. 241 et Pighio Luz. p. 242 idemque reperitur apud Ligorium Vat. 6034 f. 20' (inde Panvinius Vat. 6035 f. 82'); quartum Borghinii ms. p. 141. Grutero 565, 2 suppeditavit Gutenstenius e ms. tum Metelli, tum Smetii (e Grut. pendent Suaresius Praen. p. 91; Vulpi 9 p. 191; Ceconi p. 180; Petrini p. 368 n. 43).

5 om. Lig. (Visc. et Vat. 24). — MILIT Bud. Borgh., MIL Smet. Pigh. Lig. (Vat. 20'). — 7—9 FIDELIS FRATRI OPTIMO | PROCVLVS Smet. Pigh. Lig. (Vat. 20'), quod utrum ex errore descriptoris natum sit an ex interpolatione Ligorii potest dubitari, unum esse exemplum tamen certo demonstrat; FID (hoc vocabulo adscripto ad v. 6) | FRATRI-OPT | B-M | PROCVLVS Grut., ubi quae variant ab exemplo Smetiano debentur fraudi Gutenstenianae.

2960 fragmentum magni lapidis rotundi. In via Praenestina ad B. Virginis aediculam vulgo del Refuggio primo fere lapide ab urbe Praeneste MOCCI (inde sulla via pubblica fra Palestrina ed il Piglio NIBBY minus accurate). Rep. presso la Madonna del Ristoro CECC. Nunc Praeneste in hortis Barberini.

I I O · P · F · A N I · V A R O
pra F · FABR · PRAEF · COHORT · GERMAN
pra F · EQVIT · TRIB · MIL · LEGIONIS · V
P · F · A N I · V A R O · Q · PR · PONTIF · PR · QVINQ ·
5 CAPITVLI · HERNICO sic
ET SIBI FECIT

Descripsit de Rossi, recognovi ipse post Mommsenum. Primus descripsit d. 9 Iun. 1738 advocatus Stephanus Mocci qui communicavit et cum Muratorio (sched. XIX, 227) et cum Ficoronio; hic rursus misit et Gorio (cod. Maruc. A 6) et Muratorio (sched.), unde edidit Muratori 771, 3 et 2049, 4; ex eodem exemplo pendet etiam Guarnieri sched. Pisaur. f. 38'. Denuo ex lapide Ceconi p. 94; Zaccaria *istituzione antiquario-lapidaria* lib. 2 cap. 1, 3 (ed. 1793 p. 122), qui exemplum a Compagnonio sibi missum delineavit; Petrini p. 369 n. 45. Ex Mur. repetivit Nibby *analisi* 1 p. 383. Orelli 125.

1 in. non fuit NIO, potest fuisse TIO. — 4. 5 q(uaestor), pr(a)ctor, pontif(ex), pr(a)ctor quinq(uennalis) Varus fuerat in oppido Hernicorum Capitulo, quod memorant chorographi Strabo 5 p. 238 et Plinius 3, 63, item liber coloniarum p. 232. De loco, ubi fuerit Capitulum, ex hac inscriptione nihil discimus; cf. huius corporis vol. X p. 590.

2956 cippus litteris exesis. Rep. prope Praeneste presso S. Bartolomeo nella continuazione della via prenestina, deinde apud Vincentium Cicerchiam.

D | m
L · POMPEI
FELICIS | sim
mil. coh.
5 XI VRBANAe
PAL// · I
M E RENT
P I

Descripsit Stevenson.

2958 in un marmo che sta nella chiesa di S. Lorenzo della terra di Cave CECC.

O S S A
L · VALERII · L · F · POL ·
PRIMI · MILITIS · COHOR
VIII · PR
5 L · MATINIVS · T · F
HYMENAEVVS · SODALI
SVO · FECIT

Ceconi p. 180 (inde Petrini p. 385 n. 108).

2959 basis magna marmorea. In agro Praenestino Anagniam versus refossa a. 1734 VVLP. Fu trovata pochi anni sono presso la Madonna del Rifugio, e si conserva nel palazzo baronale CECC. Ibi extat.

TELEGENIAE · NOBILI
M A T R I
PIENTISSIMAE · ET
urceus M · BETTIO · CONSTAN patera
5 T I · P A T R I
BETTIVS · EFFICAX
EVOC · AVG · FECIT

Descripsit de Rossi, contuli ipse. Vulpi 9 p. 179; Ceconi p. 92; Petrini p. 355 n. 2.

7 PROC (pro EVOC) Vulpi et Ceconi.